

Zeitschrift: Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins
Zentralschweiz

Herausgeber: Historischer Verein Zentralschweiz

Band: 2 (1845)

Artikel: Beweisetitel zur Begründung der ältesten Geschichte Rathhausens
(1181-1298)

Autor: [s.n.]

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-109429>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 17.04.2026

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

B.

Beweisetitel

zur

Begründung der ältesten Geschichte Rath- hausens.

1.

1181—1185, 27 Wintermonat.

(Cisterciensertinnen in Rathhausen.)

Lucius Episcopus Servus Servorum dei Venerabilibus fratribus Archyepiscopis et Episcopis et dilectis filiis Abbatibus | prioribus et aliis ecclesiarum prelati ad quos littere iste prevenerint, Salutem et apostolicam benedictionem. Audivimus et audientes mirati sumus, quod cum fratribus domus de Altaripa et omnibus | Cisterciensis ordinis a patribus et predecessoribus nostris concessum sit, et a nobis ipsis postmodum confirmatum, ut de laboribus quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, nemini | decimas solvere teneantur, quidam ab eis nihilominus contra indulgentiam Sedis apostolice decimas exigere presumant, et sinistra interpretatione apostolicorum privilegiorum capitula perversas | tentes asserunt de novalibus intelligi debere, ubi de laboribus est inscriptum, Ceterum manifestum est omnibus qui recte sapiunt perversam esse interpretationem huiusmodi et intellectioni | sano contrariam cum iuxta capitulum illud a prestatione decimarum tam de terris quas deduxerunt vel deducunt ad cultum, quam etiam de terris cultis quas propriis manibus vel sumptibus | excolunt, sint penitus absoluti. Nam si de novalibus tantum Romana Ecclesia intelligi voluisset, ubi ponitur de laboribus, de novalibus poneretur, sicut in privilegiis quorundam apponitur | aliorum, unde quoniam ad commune detrimentum

Ecclesie non est dubium redundare, si contra statuta sedis apostolice impune se posse venire, quis credat, que obtinere debent perpetuam firmitatem, ne contra iam dictos fratres malignandi materiam ex hoc quisquam assumat, et quomodolibet ipsos contra iusticiam molestandi, per apostolica vobis scripta precipiendo mandamus, quatinus omnibus qui sub uestra potestate consistunt, auctoritate uestra districtius prohibere curetis, ne a fratribus iam dictis sine aliis omnibus eiusdem ordinis in vestris Episcopatibus conmorantibus, de novalibus seu aliis terris quas propriis manibus aut sumptibus excolunt vel animalium nutrimentis decimas presumant aliquatenus extorquere. Si qui vero Canonici, Clerici, Monachi vel layci contra priuilegia sedis apostolice predictos fratres decimarum exactione grauauerint, appellatione remota, laycos excommunicationis sententia procellatis, clericos autem ab officio suspendatis, et tam excommunicationis quam suspensionis sententiam faciatis usque ad dignam satisfactionem inuiolabiliter obseruari. Ad hec presentium vobis auctoritate precipimus, quatinus si qui in fratres prescripti ordinis manus violentas iniecerint, eos accensis candelis excommunicatos publice nuncietis et faciatis ab omnibus sicut excommunicatos districtius euitari, donec congrue faciant predictis fratribus, et cum litteris dyocesani Episcopi rei veritatem continentibus apostolico se conspectui representent, Noueritis preterea eis indultum, ut in causis suis quas vel ipsi adversus alios vel alii adversus eos habuerint, liceat eis fratres suos ydoneos ad testificandum adducere atque ipsorum testimonio propulsare violentiam et iusticiam vindicare. Datum Velletre. v. kl. Decembris. ¹⁾

2.

1245.

(Cistercienservinnen in Rathhausen.)

In nomine domini Amen. Anno ab incarnatione domini. M. CC. XLV. Indictione prima. Licet pietas ualeat ad omnia et ad omnes, illa tamen caritatis opera que ad religionis institutionem intentione pia domino erogantur, merentur maioris meriti cumulum et gratiam impetrare. Nouerint igitur fideles in domino

¹⁾ Dieser päpstliche Erlass ist nicht in Original, wohl aber in einer Abschrift, beglaubiget und besiegelt durch Bischof Rudolf von Constanz, vorhanden.
Dat. Basilee Anno domini MCCLXXXIX. viii. kl. Sept. Ind. ij.

vniuersi, quod Petrus | dictus Sartor Lucernensis, predium in Reittaholz quod ad uniuersitatem incolarum in Ebinkon, ratione proprietatis et possessionis pertinebat ex antiquo, sororibus in Reittaholz- | beate uirgini ibidem iugiter famulantibus, pro sexaginta libris in suorum remedium peccatorum, per manum et consensum Heinrici de Heidegge, et Cvnradi filii ipsius | aduocatorum, ab uniuersitate prelibata salubriter conparauit, cum omni iure perpetuo possidendum, de quo predio annis singulis decem solidi persoluantur, quoadusque aliquod | predium conparabitur quod solidos decem singulis annis reddet. Vt autem emptio antedicta maioris roboris obtineat firmamentum, idem predium monasterio Capelle | Cisterciensis ordinis taliter contulit, ut a Reuerendis in Christo abbate et fratribus maiori protectione et spirituali consolatione uberiori floreat, et spiritualiter reficiantur ab eisdem. | Uerum quoniam advocatia predii antedicti quam in eisdem bonis Henricus miles et Cvonradus filius suus de Heidegge a celsitudine imperiali antea obtinebant, et ante | multa tempora emptionis huiusmodi Imperatori tunc temporis resignarunt, a cuius manu pro se et pro fratribus in Hilhkilchon, frater Gottefridus Magister domus | eandem receperat perpetuo possidendam, milites antedicti pro censu annuo ab eisdem magistro et fratribus postmodum resumpserunt. Ceterum quia spiritus ubi | et quando uult spirat, milites supradicti dictam Aduocatiā de consensu magistri domus et fratrum in Hilhkilchon zelo caritatis succensi, libere et sine contradictione | aliqua contulerunt, sororibus memoratis ad gloriam crucifixi. Prenominati quoque milites et uniuersitas sepedicta, omni exceptioni et iuri, siue cauillationi, quibus huiusmodi venditio vel donatio in posterum posset aliquam calumpniam sustinere, pro se et suis heredibus penitus renunciarunt. Ad huius etiam emptionis, venditionis, | et donationis plenariam assertionem et fide dignam, ut omnia inconcussa permaneant in futurum, presens instrumentum Abbatis Capelle, Domus deutone in Hilhkilchon, | Magistri C. Plebani Lucernensis, ¹⁾ Aduocatorum de Heidegge, et Ciuium Lucernensium sigillorum munimine est feliciter communitum. Facta est autem huiusmodi venditio et donatio | sepefate in cimiterio Ebinkon multis presentibus quorum nomina subnotantur. Wernherus miles

¹⁾ Heißt Ghuno laut Siegel.

de Liela. Waltherus Scultetus de Hvnwile. Nikolaus Scheli. |
Cvnradius super muro. Petrus et Heinricus Sartores. Petrus de
Sindes. Heinricus de Aspe. Cvnradius de Ebinkon. isti sunt testes
et alii quam plures.

3.

1245.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Vniuersis tam futuris quam presentibus, presens scriptum
inspecturis, Heinricus de Heide- | ca, et Chvonradus filius suus,
in vero salutari salutem, et eternam in domino | benedictionem.
Cum obliuio sit inimica memorie, que aguntur in tempore, ne
labantur | cum tempore, litteris commendantur. Norint igitur quibus
nosse oportunum fuerit, quod ego. H. | de Heideco, et C. filius
meus, feodum predii in Reitholc, a domino Imperatore nobis |
concessum, fratribus de Hilschilchun, a manu Imperiali privilegiatis,
pie resignauimus, | dictum feodum a memoratis fratribus pro censu
annuo resumentes, Post hec nominati | fratres petitioni nostre con-
cesserunt, quod aduocatiam, et jus prescripti feodi, ex | consensu
dictorum fratrum; claustro Capelle, et Sororibus in Reitholc, que
proprietaem sepe | dicti feodi ab heredibus eiusdem perenniter ab-
solutam, lx. libris persoluerint, libere contu- | limus, perpetuo
possidendum, cautione iuramenti interposita nulla nobis nec nostris
succes- | soribus, iusticia in dictis possessionibus reseruata. Hujus
rei testes sunt, Wernherus | de Liela, Waltherus de Hvnwile,
Nikolaus Schaeli, Chovnradius super muro, | Petrus et Heinricus
sartores, Petrus de Sinnes, Heinricus de Aspe, Chovnradius | de
Aebinchon, et alii quam plures. Ne autem hanc causam postmo-
dum calupniatoris | impugnet malicia, presentem paginam sigilli
nostri munimine dig- | num duximus roborandam. Acta sunt hec
anno domini. M. CC. XL. v. Indicti- | one prima. In cimiterio
Aebinchon. ¹⁾

¹⁾ Das Siegel der Truchessen von Heideck hat in Abbildung die Beilage,
Tab. I. No. 1. — Es unterscheidet sich von dem Geschlechtsiegel Heinrichs
dadurch, daß dieses (Urf. 28 Heum. 1259) wohl einen Hut, nur in klei-
nerer Form, führt, und daß die Umschrift dahin lautet: † S. Hainrici.
De. Heidecce.

4.

1245.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

In nomini domini amen. Notum sit omnibus hanc paginam intuentibus, quod ego frater Govthefridvs procurator domvs teytho- nice in Hiltshil- | chen, consilio fratrum et propter vtilitatem domus nostre, et quia ratio petentium hoc exigebat, possessiones nostras in Reitholt cum | aduocatia quas annuente gratia nostri imperatoris, dei providentia Friderici, A reuerendis militibus, Henrico et Chvonn- rado | de Heidecha ministerialibus sacri imperii, a quo in dictis pos- sessionibus infeodati, ecclesie nostre donatum iusto tytulo per gra- tiam pos- | sedimus. Dictas autem possessiones ad petitionem pre- dictorum militum vt dictum est, Reverendo in Christo abbati et conuentui de capella ordinis | Cisterciensis constantiensis diocesis nomine sororum in dicto loco deo famulantium cum omni iure concessimus, contulimus contradidimus donauimus dedimus | cum plena proprietate et libertate, in perpetuum possidendas. Mani- festum vero et publicum esse volumus, quod heredes dictarum possessionvm | omni iure hereditario quod ipsis et suis successo- ribus competebat, vel competere videbatur, in manvs predictorum religiosorum, pro. lx. | libris legalis monete, omni dolo et fraude postposita resignauerunt. Vt autem hec rata sint et imperpetuum inconuulsa permaneant | sigilli nostri munimine roborauimus. Acta sunt hec anno domini. M. CC. XL. V. Testes autem quorum consilio et presentia facta sunt hec | Waltherus minister, petrus cissor et frater suus Henricus, et Henricus dictus chrevwelli, chvonn- radus ader mvore, Wernherus lambeli, | schelinus, volricus de waltwile, petrus de sins, et alii quam plures fide digni, quorum nomina sint in libro vite Amen. ¹⁾

5.

1251, 14 März.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

E. dei gratia Constantiensis Episcopus, feminis religiosis in Christo dilectis, Magistre et Conuentui in parochia lucernensi, in

¹⁾ Eine durch Bischof Eberhard von Constanz beglaubigte Abschrift dieses Briefes liegt ebenfalls besiegelt vorhanden. Dat. Constantie Anno domini. M. CC. LVII. iiij. Non. Jvnii. (2 Brachm.)

loco qui ex nunc domus consilii dici debet, Cisterciensis | ordinis, regulam professis, Salutem in omnium saluatore. Licet ex iniuncto nobis officio pastorali teneamur omnibus nobis commissis, tam in spiritualibus quam in tempo- | ralibus quantum nobis desuper datum fuerit prouidere, eis tamen tenemur specialius consilium et auxilium impertiri, que se totos imperpetuum holocaustum deo desiderant | salubriter immolare. Igitur deuotis vestris nuper precibus inclinati, bonorum usi consilio uobis auctoritate ordinaria presentibus indulgemus, ut liceat uobis in loco | superius nominato secundum regularis discipline obseruantiam et institutiones ordinis iam predicti simul domino iugiter famulari, presertim cum eundem or- | dinem romana ecclesia noscatur sollempniter approbasse, uobis fauore religionis et deuotionis uestre nichilominus concedentes, ut in eodem loco oratorium in quo | celebrentur uobis et faciatis diuina et officinas necessarias construatis, secundum quod obseruantiam ordinis uestri Cisterciensis et regule magis videbatur | expedire. Ita quod etiam liceat uobis personas conventus uestri cum uestra familia in uostro cimiterio sepelire, in omnibus tamen aliis parochialis ecclesie | saluo iure. Insuper etiam possessiones et omnia bona que ad presens iuste et rationaliter possidetis vel infuturum dante domino poteritis adipisci, firma | uobis et penitus maneant illibata, Reuerendo in Christo Abbati de Capella, ordinis Cisterciensis suisque successoribus prouisionem et regimen uestri ac mona- | sterii uestri in spiritualibus et temporalibus totaliter committentes. vt autem hec perpetuo maneant firmiora, hanc uobis paginam in huius facti testimonium | sigilli nostri munimine roboratam. Si quis uero, quod absit, huic constitutioni et indulgentie nostre indebite presumpserit obuiare, De- | struat examen hunc summi iudicis amen. Datum Constantie pridie Iduum Marcii, Anno domini M. CC. L. primo.

6.

1254, 19 Augustmonat.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Innocentius Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis in Christo filialibus, Magistre et Conuentui Monasterii in Parrochia Lucernensi, in Loco qui domus Consilii dicitur, obseruantibus Cisterciensis ordinis instituta, Constantiensis diocesis, Salutem et apos-

tolicam benedictionem. Petitio uestra nobis exhibita continebat, quod Venerabilis frater noster. . Constantiensis Episcopus | ordinaria vobis auctoritate concessit, ut in loco ipso in quo nunc degitis, libere possetis secundum regularis discipline obseruantias et institutiones Ci - | sterciensis ordinis, simul domino famulari, concedens nichilominus uobis in religionis fauorem, ut in loco eodem Oratorium in quo celebrentur uobis diuina, et Offi - cinas necessarias, iuxta formam et modum ejusdem ordinis, construi faceretis . ita quod liceat uobis personas uestri conuentus et familie in ipsius Oratorii Cimiterio cum | decesserint sepelire, in omnibus tamen parrochialis Ecclesie jure saluo. Possessiones quoque ac alia omnia bona que impresentiarum iuste et rationabiliter possidetis, | aut in futurum justis modis prestante domino poteritis adipisci, ut firma uobis et illibata permaneant, eadem auctoritate, uobis et per uos | Monasterio uestro concessit. Preterea dictus Episcopus regularem prouisionem circa salubrem statum uestrum, et eiusdem Monasterii, tam in spiritua - | libus quam in temporalibus . . Abbatis de Capella predicti ordinis Constantiensis diocesis, et Successorum eius cure commisit . prout in patentibus ipsius Episcopi litteris | suo sigillo munitis dicitur plenius contineri. Nos igitur uestris supplicationibus inclinati, quod super hiis ab eodem Episcopo pie ac prouide factum est, et | in alterius preiudicium non redundat, ratum habentes et gratum, illud auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio comunimus. | Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpse - | rit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Anagnie xiiij kl. Septembris | Pontificatus nostri Anno duodecimo.

7.

1254, 24 Augustmonat.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Innocentius episcopus seruus seruorum dei, Dilectis in Christo filiabus . . Magistre et Sororibus de Domo Consilii | Constantiensis diocesis, Cisterciensis ordinis instituta seruantibus, Salutem et apostolicam benedictionem. Licet is de cuius | munere uenit, ut sibi

a fidelibus suis digne ac laudabiliter seruiatur, de habundantie pietatis sue que me- | rita supplicum excedit et uota, beneservientibus multo maiora retribuit quam ualeant promereri, nichilominus | tamen desiderantes reddere domino populum acceptabilem, fideles Christi ad complacendum eis, quasi quibusdam illectiuis | muneribus, indulgentiis scilicet et remissionibus inuitamus, ut exinde reddantur diuine gratie aptiores. Cupien- | tes igitur ut ecclesia uestra congruis honoribus frequentetur, omnibus uere penitentibus et confessis qui ecclesiam ipsam | in Assumptione et Natiuitate beate uirginis Annis singulis uenerabiliter visitauerint, de omnipotentis dei | misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, Quadraginta dies de in- iuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum Anagnie viiiij kl. Septembris. | Pontificatus nostri anno duodecimo.

8.

1254, 5 Herbstmonat.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Innocentius episcopus seruus seruorum dei, Dilectis in Christo filialibus . . Magistre et Conuentui Monasterii de domo Consilii | Constantiensis diocesis, Cisterciensis ordinis instituta seruantibus, Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iu | stum est et honestum, tam uigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri, ad | debitum perducatur effectum. Ea propter dilecte in domino filie uestris iustis postulationibus grato concurren- | tes assensu, personas uestras et locum in quo diuino uacatis obsequio, cum omnibus bonis que impresentiarum rationa- | biliter possidet, aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra pro- | tectione suscipimus, Specialiter autem terras, possessiones, ortos, virgulta, et alia bona uestra, sicut ea omnia iuste | ac pacifice possidetis, uobis et per uos Monasterio uestro, auctoritate apostolica confirmamus, et pre- | sentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre pro- | tectionis et confirmationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare pre- | sumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum

eius se nouerit incursum. Datum | Anagnie, Nonis Septembris,
Pontificatus nostri Anno duodecimo.

9.

1257, 9 Jänner.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Alexander episcopus seruus servorum dei. Dilectis filiis . .
Abbati Cistercii eiusque Coabbatibus in Generali Capitulo congregatis. Salutem et apostoli - | cam benedictionem. Viam uite presentis, dilecte in Christo filie . . Magistra et Sorores de domo Consilii Constantiensis diocesis, que non sunt | alicui obseruantie regulari astrictæ, hostium inuisibilium obsessam incursum aduertentes, ducatus uestri cupiunt muniri presidio, | per quod a venantium erepte laqueis, peruenire possint ad patriam perpetue claritatis. Nos itaque iutu deuotionis earum | vniuersitatem uestram attente rogandam duximus et monendam, per apostolica vobis scripta districte precipiendo mandantes, quati - | nus dictas Magistram et Sorores, que sicut accepimus, consistunt et habent, unde uiuere valeant, sub Clausura, non obstantibus | aliquibus indulgentiis seu litteris uobis ab apostolica sede concessis, pro diuina et nostra reuerentia, uestro incorporare ordini procure - | tis, cuius hactenus instituta per decem annos et amplius laudabiliter obseruasse dicuntur. Sic ipsas in semitam man - datorum domini dirigentes, ut una nobiscum comprehendant glorie bradium, quod diuina parauit pietas, meritis | electorum. Ceterum alicui Abbati predicti ordinis uestris detis litteris in mandatis, ut curam gerens earum, ipsas oportu - | nis temporibus visitet et corrigat, ac iuxta eiusdem ordinis instituta monasticis instruat disciplinis, Salvo iure Vene - | rabilis fratris nostri . . Constantiensis Episcopi, loci diocesani, in hiis que non obuiant supradicti ordinis institutis. Datum Laterani | v. Iduum Januarii. Pontificatus nostri anno Tertio.

10.

1257, 21 Weinmonat.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Frater R. Abbas de Capella, Omnibus presentem Litteram inspecturis, salutem bonam et subscriptæ rei noticiam. Nouerint vniuersi | quod cum Lis seu questio inter religiosas in Christo femi-

nas . . Magistram videlicet et Conuentum Sororum de Domo consilii | ex vna, et Communitatem rusticorum de villa Buochrein, ex altera parte uerteretur, super terminis seu divisione silue que | Reitholze nuncupatur, que inter domum predictarum sororum, et prefatam villam sita est, et multi viri prudentes a partibus ad memoratam siluam, seu nemus essent vocati, ut de veritate rei seu iure parcium cognoscerent, et plenius distinguerent . dicte partes | eorumdem prudentum consilio, seu instructione inducti, recongnouerunt, quod illa pars silue que vicina est prenotate uille, et | distinguitur per lapides dictos wlgariter Marstein ibidem positos, quemadmodum si funes ab uno ad alium essent pertensi, | ad prefatam Communitatem pertinebat et pertinet, et quod altera pars eiusdem silue prelibatis sororibus magis vicina ad ipsas | sine contradictione spectabat et pertinet. Huius rei testes sunt Cvnradus cantor seu Monachus de Capella; De Emmen H. | viceplebanus, Heinricus villicus, B. frater villici, Vlricus de Walcwile et Cvonradus de Campo; de Ebinchon Arnoldus | minister, volricus ioculator, Cvonradus de Ripa, Petrus, Nicolaus, Volricus Longobardus, et Johannes Holzach; de Buoch - | rein Walterus minister, Volricus minister, et filius suus Volricus, Heinricus de Monte, Rvdolfus filius suus, Arnoldus de fonte, | Rudolfus de Mose, et alii quam plures. Ut autem premissae distinctionis seu divisionis recongnitio non possit in - | posterum obliuisci, duo paria Litterarum ad petitionem parcium conscripta Sigillo nostro et Sigillo Communitatis ciuium | Lucernensium partibus tradidimus roborata. Acta sunt hec in supradicta silua Reitholze. Anno domini. M. CC. | L. Vj. xiii. kl. Nouembris. xi. Milium Virginum.

11.

1259.

(Bürgerbibliothek Lucern.)

Anno Domini. M. CC. LVIII. Dedicatum est hoc Monasterium dictum in Rathusen a Venerabili Eberhardo Constantiensi Episcopo in honore gloriose Virginis Marie. Eodem die et anno dedicatum est hoc altare majus in honore eiusdem gloriose virginis Marie, Sancti Petri Apostoli, Sancti Johannis Evangeliste, et sancti Nicolai Confessoris. Et hec sunt reliquie in ipso altari conservate, Nempe de ligno crucis Domini, de vestimentis domini, de

vestimentis gloriose virginis marie matris eius, de loco in quo Dominus sedit quando docebat discipulos suos orationem dominicam, Reliquie sancti Petri apostoli, de Sepulchro domini, Sancti Mauricii et Sociorum eius, Sancti Petri Mediolanensis, Sanctorum innocentium, S. Nicolai confessoris, S. Lucie virginis et martiris, S. Apolonie virginis et Martiris, S. Vndecim milium uirginum et Martirum. ¹⁾

12.

1259, 15 Mai.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Alexander episcopus seruus seruorum dei. Dilectis in Christo filiabus . . Abbatisse et Conuentui Monasterii in | Rathusen prope Lucernam, Cisterciensis ordinis, Constantiensis diocesis, Salutem et apostolicam benedictionem. Deuotionis uestre pre - cibus inclinati, presentium uobis auctoritate concedimus, ut possessiones et alia bona mobilia et immo - | bilia que liberas personas sororum mundi relicta uanitate ad vestrum monasterium conuo - | lantium et professionem facientium in eodem iure successionis uel alio iusto titulo si remansissent in | seculo contigissent, et ipse potuissent libere aliis erogare rebus feudalibus dumtaxat exceptis, ualeatis petere | recipere ac etiam retinere. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam nostre concessionis in - | fringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis | dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Anagnie Idibus Maii. | Pontificatus nostri Anno Quinto.

13.

1259, 24 Brachmonat.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Alexander episcopus seruus seruorum dei. Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, Salutem et apostolicam be-

¹⁾ Diese Angabe steht wörtlich in R. Cysats Collectaneen; Lit. N. fol. 166. — Der Schreiber hat den Weihetag zu setzen vergessen. Wenn man aber weiß, daß der Bischof vom 23 bis 25 März in St. Urban sich aufhielt, und das Kloster sammt den verschiedenen Altären dort weihte, (Archiv St. Urban) so ist anzunehmen, er habe auch um dieselbe Zeit auf seiner Hirtenreise in Rathhausen sich eingefunden, und daselbst bischöfliche Verrichtungen ausgeübt.

nedictionem. Licet is de | cuius munere uenit, ut sibi a fidelibus suis digne ac laudabiliter seruiatur, de habundantia pietatis sue, que merita | supplicum excedit et uota beneservientibus multo maiora retribuat quam valeant promereri, desiderantes tamen nichilomi- | nus reddere populum acceptabilem domino, fideles Christi ad complacendum ei quasi quibusdam illectiuis muneribus, indulgentiis | scilicet in remissionibus imutamus, ut exinde red- dantur diuine gratie aptiores. Cupientes igitur ut Ecclesia Mona- sterii | sancte Marie in Rathysen prope Lucernam, Cisterciensis ordinis, Constantiensis diocesis, congruis honoribus frequentetur, | omnibus vere penitentibus et confessis qui ad eandem Ecclesiam in festo sancte Marie uirginis et dedicatione ipsius ecclesie | causa deuotionis accesserint, annuatim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius aucto- | ritate confisi, Centum dies de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus. Datum Anagnie | viij Kl. Iulii Pontificatus nostri Anno Quinto.

14.

1259, 24 Brachmonat.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Alexander episcopus seruus seruorum dei. Dilectis in Christo filiabus . . Abbatisse et Conuentui Monasterii sancte Marie in Rathusen | prope Lucernam Cisterciensis ordinis Constantiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Necessitatibus uetsris benigno compatibles affectu, | ut de usuris rapinis et aliis male acquisitis, dumodo hii quibus ipsorum restitutio fieri debeat omnino sciri et inueniri non possint, | necnon de quibuslibet legatis indistincte in pios usus relictis dummodo executorum testamentorum ad id accedat assensus, et commu- | tatione ac redemptione uo- torum diocesanorum auctoritate prius factis Jerosolimitanis dumtaxat exceptis usque ad summam ducentarum | Marcarum argenti recipere valeatis, auctoritate uobis presentium duximus concedendum, si per similium receptione alias non sitis a nobis huius- | modi gratiam consecute, ita quod si aliquid de ipsis ducentis Marchis dimiseritis uel restitueritis aut dederitis illis a quibus eas rece- peri- | tis, huiusmodi dimissum uel restitutum seu datum nichil ad liberationem eorum prosit, nec quantum ad illud habeantur aliquatenus absoluti. | Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc

paginam nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario con-
traire. Si | quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem
omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum | eius se
nouerit incursum. Datum Anagnie viij Kl. Julii | Pontificatus
nostri Anno Quinto.

15.

1259, 10 *Seumonat.*

(Cisterciensiferinnen in Rathhausen.)

Vniuersis presentem paginam inspecturis. Mechthildis diuina
permissione Abbatissa Turicensis, Ordinis Sancti Benedicti, Con-
stantiensis diocesis, suusque Conuentus | in perpetuum. Ordo re-
ligionis et rationis postulat et requirit, ea que piis locis conferun-
tur, seu quolibet contractus titulo assignantur, a cunctis Christi |
fidelibus precipue autem a religiosis rata haberi et pregrata, et
etiam minus valida priuilegiorum munimine confirmare, ut siquid
defuit in contractu, consensu ratificetur | subsequenti. Nouerit
igitur presens etas et futura posteritas, quod Nos nomine nostro
et Monasterii nostri, venditionem predii in Reitholz vbi nunc
Cenobium dominarum | est situm deo et beate virgini iugiter ser-
uientium, cuius proprietas sicut aliorum prediorum in Rivsital que
sibi comparia in censu auri iudicantur ad nostrum Monasterium |
pertinebat, cum eidem annuatim de eodem census auri in vigilia
Johannis Baptiste in Curia Chamo solui ex antiquo consueuisset, . .
Magistre et Conuentui | dominarum loci et Cenobii Reitholz supra-
dicti, ab vniuersitate villanorum de Ebinkon factam que idem
predium a nostro Monasterio jure hereditario possidebat, ratam |
habentes et pregratam presentibus confirmamus. In cuius rei testi-
monium presentem cartam sigilli nostri munimine roboramus. Testes
qui premisse nostre confirmationi interfue- | runt, sunt hii. Ma-
gister Heinricus Plebanus sancti Petri, et Magister Volricus Ca-
nonicus Turicensis, et dominus Burchardus plebanus de Altorf, et
dominus Burchardus dictus Bluni | Monachus in Wetingin, et
Burchardus filius domini Johannis de Basilea Ciuis Turicensis.
Datum apud Turegum Anno domini. M. CC. L. viiii. vj. Iduum
Ju- | lii, Indictione Secunda. Nos Conuentus quia sigillum pro-
prium non habemus, prefate domine nostre Abbatisse sigillo utimur
in presentium robur euidens et | munimen.

1259, 28 Heumonat.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.) ¹⁾

Heinricus de Heidecca, Cvonradus Et Hiltboldus filii eiusdem et . . filius dicti Chovnradi, Omnibus ad quos presens Scriptum peruenerit, Salutem et noticiam subscriptorum. No- | uerint omnes quos nosse fuerit opportunum, quod Nos aduocatiam predii in Reitholtz, a domino quondam. F. Imperatore nobis concessam, Fratribus de Hiltzilchvyn ordi- | nis domus thetonicorum, a Manu Inperiali priuilegiatis super possessionibus et rebus ad imperium spectantibus, a Vasallis et fidelibus Inperii recipiendis et habendis, pie re- | signauimus, Dictam aduocatiam a memoratis fratribus pro censu annuo iterato recipiendo. Postmodum de consensu prenominatorum fratrum dictam aduocatiam et Jus pre- | nominatum Monasterio Capelle et Sororibus in Reitholtz siue de domo consilii libere vendidimus et alienauimus, veri Warendi cum heredibus nostris semper existendo. Preter- | ea Vniuersitas vtriusque sexus et Etatis Incolarum in villa Ebinchon proprietatem dictarum possessionum, Que ad ipsam ex antiquo iure proprietatis pertinebat, Fratribus de Ca- | pella, et dictis Sororibus de domo consilii siue Reitholtz, recepta certa summa pecunie cum omnibus pertinentiis, pascuis, piscationibus etiam Laci adiacentis, vsuagiis, tam in | poscho quam in plano, Secundum distinctionem et Metas, quas Wlgariter Marstein nuncupamus coram multis probis et honestis sepius disiunctas, distinctas et diuisas pleno iure ali- | enauit et vendidit, super premissis semper cum suis successoribus plenam Warendiam dictis religiosis prestando. Renuntiamus etiam cum predicta vniuersitate in hac parte | Omni Actioni, Exceptioni, et Omni auxilio seu beneficio Juris tam Canonici quam ciuilis, Con-

¹⁾ Diese Urkunde ist bereits bei Neugart (II. 230.) abgedruckt; dennoch sei vergönnt, dieselbe der vielen Unrichtigkeiten wegen, getreu der Urschrift, wiederzugeben. Im Rathhauser-Archive liegt ein zweites ähnliches Exemplar; nur führt dasselbe nach Vederli noch drei Zeugen an, welche im vorliegenden Briefe, wahrscheinlich aus Versehen des Schreibers, weggelassen worden sind; sie heißen nach der Urschrift: Johannes Cellerarius de Chriens, Cvonradus dictus Baccarht, Heinricus de Lucceria maritus Judenthint.

suetudinibus, Constitutionibus, generalibus seu specialibus, publicis seu pri- | uatis, editis uel edendis, Et omnibus aliis occasione quorum predicta possent vel per nos, vel per nostros successores, seu aliquem, seu aliquos de nostris inpugnari aliquo modo, vel | cassari. Nos vero predicta vniuersitas omnia premissa, remoto omni dubietatis Scrupulo, finaliter vera presentibus pronuntiamus et profite- | mur. Huius Rei Tes- | tes sunt. Reuerendi in Christo, Volricus in Frienisperch, Roldolfus in Capella Abbates, Johannes de Hunwile, Buorchardus dictus stannere, Petrus et Henricus Fratres | Sartores, Chovnrardus sarnere, Petrus de sins, Jacob umder dien bovmen, Volricus de criens, Chovnrardus Le man, Henricus de Crepon, Volricus Frater Villici de emmyn, | Henricus Vederli, Et alii fide digni. Ut autem omnia premissa apud posteros noticiam pleniorum et firmitatem habeant euidentiorum, Ego Henricus, Ego Chovnrardus, et . . filius meus, Ego Hiltbovldus, prenominati de Heidecca, Item Nos prenominata vniuersitas de Ebinchon, presens Instrumentum de nostro rogatu et Con- | sensu confectum et conscriptum, Sigillis Reuerendorum in Christo predictorum abbatum . Mei videlicet Henrici de Heidecca, Fratris . . Magistri predicte domus de Hiltchilchyn, et | Communitatis Ciuium Lucernensium, predictis Religiosis tradidimus firmiter roboratum. Actum et Datum Ebinchon, Anno domini . M. | CC. L. Nono. v. Kl. Augusti. Indictione ij.

17.

1261, 6 April.

(Cisterciensiferinnen in Stathhausen.)

Alexander episcopus seruus seruorum dei. Dilectis in Christo filiabus . . Abbatisse et Conuentui Monasterii do- | mus Consilii Cisterciensis ordinis Constantiensis diocesis. Salutem et apostolicam benedictionem. Meritis sacre uestre religionis indu- | cimur, ut fauoris benigni gratia nos iugiter prosequentes, paci et tranquillitati uestre ne iurgiorum concutiatur | procellis imposterum consulamus. Hinc est quod nos uestris supplicationibus inclinati, ut priuilegiis et in- | dulgentiis generaliter ordini uestro ab apostolica sede concessis, in hiis que uobis competunt, uti libere | ualeatis, auctoritate uobis presentium indulgemus. Nulli ergo onmino hominum Liceat hanc pagi- | nam nostre concessionis infringere,

uel ei ausu temerario contraire. Si quis antem hoc attemptare
pre- | sumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum
Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit | incursum. Datum
Laterani. viij. Iduum Aprilis. | Pontificatus nostri anno Septimo.

18.

1261, 2 Weinmonat.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Quoniam lites plurimas et questiones multas interimit, si de
retro actis fidem construat, scripturarum auctoritas efficax attestatrix.
Norint vniuersi quibus nosse fuerit | oportunum, quod Petrus dictus
Sartor Burgensis de Lucerna, in presentia multorum constitutus,
in dicto oppido publice recognouit, quod ipse predium de Reit-
hoz quod ab | incolis de Ebinchon, ad quos proprietates dicti
allodii antiquitus sine contradictione cuiuslibet pertinebat, de
consensu et assensu dominorum. H. C. et Hil. de Heidecca qui
ius ad- | uocatie in dictis bonis sibi vendicabant, titulo emptionis
pro summa. c. xx. librarum Turicensis comparauit, simpliciter in
puram elemosinam donauit, contulit et assignauit Re- | ligiosis
feminis, videlicet . . Magistre et conventui sororum quondam dic-
tarum de Horgen ¹⁾, nunc vero in dicto predio de Reithoz resi-
dentium, et omnibus ipsis in eodem loco succe- | dentibus pro
tempore, ac ibidem deo famulantibus, pacifice et libere imper-
petuum possidendum. Recognouit etiam, quod cum processu tem-
poris ad mandatum domini pape predicte | sorores cum dicto loco
et aliis bonis suis Ordini Cisterciensi incorporarentur, quod ipse
predictam donationem renovare et ratificare cupiens, memoratum
predium beate Marie | et prefatis sororibus, eisque in dicto loco
succedantibus, iterato conferens, et super altare offerens, in pre-
sentia Venerabilis . . de Aurora . . de S. Urbano et . . de Maris-
stella Abbatum, qui a Capitulo Generali fuerant incorporatores
dicti loci destinati, in quorum etiam manus loca, personas et res
monasterii, de consensu Conuentus resignans, predicto Or- | dini
dedicauit, renuncians pro se et successoribus suis omnibus iuribus,
que sibi uel suis in dictis bonis quandoque competebant, vel

¹⁾ Wird wohl Horwen heißen müssen. (Bergl. Urf. vom 23 Brachm. 1241.
Geschichtsfr. I. 29.)

competere videbantur, nichil iuris vel iurisdictionis reservans, ascribens, attribuens seu excipiens alicui de mundo cujuscumque conditionis vel ordinis nisi tamen sororibus memoratis in bonis prelibatis, concedens et approbans, vt predictum Monasterium de Rathysen cum omnibus bonis suis subsint regimini abbatis et domus de Lucela, secundum quod statuit et ordinavit Capitulum Generale. Huic donationi et resignationi seu protestationi interfuerunt cum predictis abbatibus. Wernherus Cantor S. Urbani, Jo. de Aurora, Bur. de Wetingen Monachi, H. decanus in Sarnon, M. de Baldecca Canonicus Beronensis, Ar. plebanus in Riche, Ar. plebanus de Raperchswile, et alii sacerdotes usque ad xv. cum multis alii fide dignis. Sed quia Abbas et Conventus de Capella Cisterciensis ordinis vt dicitur prefatam donationem predii de Reithoz calumpniantur, quod satis absurdum videtur, asserentes aliquid iuris in dictis bonis sibi competere, prefatus P. exinde maxima ammiratione permotus, iterato apud Lucernam in festo beati Leodegarii coram multis ut supra dictum est, ex quibus aliqui subscribuntur, publice recognouit, affirmans et protestans in verbo veritatis, quod nichil vmquam iuris dedit predictis de Capella in bonis predictis seu iuribus de Reithoz, addens quod sicut supra dictum est, intentionis sue nunquam fuerit, prefatis de Capella, seu cujusque hominum de mundo, aliquid iuris dare vel conferre in bonis antedictis, nisi tamen sororibus memoratis. Omnes etiam litteras huic sue protestationi contrarias, tanquam surrepticias et falsas ac sine voluntate et conscientia sua, dicit esse factas. Huius recognitionis et protestationis testes sunt. Venerabilis Volricus Abbas supradictus de Aurora, Magister B. Achydiaconus Constantiensis, H. decanus in sarnon, Ar. plebanus in Riche, C. plebanus de Hasle, H. plebanus Lucernensis, Har. de Baldecca, R. et Jo. de Kuschennach, Volricus villicus ibidem, Jo. de Hvniwile, Ar. dapifer de Rotenburc, Ar. de Maswanden Milites, Jo. de Hiltensred, C. dictus Wiiio, P. de ponte, Jo. de Giswile, Nicolaus Cinco, Jo. cellerarius de Chriens, Consilarii, Nicolaus Scheli, Waltherus et Burcardus de Malters, et alii quam plures Burgenses de Lucerna. Ad maiorem autem euidenciam premissorum presens scriptum ad petitionem prefati P. et conventus conscriptum et sigillatum est, Sigillis videlicet de Aurora, de S. Urbano, de Maristella Abbatum, Magistri B.

Archidiaconi, H. ¹⁾ decani in Sarnon, Ar. plebani in Riche, et
 Communitatis Lucernensis. Actum Anno domini M. CC. Lxj. in
 festo Leodegarii.

19.

1262, 7 März.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Urbanus episcopus seruus seruorum dei. Dilectis in Christo
 filiabus . . Abbatisse monasterii domus consilii eiusque sororibus
 tam presentibus quam futuris regularem uitam professis In perpetuum. | Religiosam uitam eligentibus apostolicum conuenit ad esse
 presidium ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eas a propo-
 sito reuocet, aut robur quod absit sacre religionis eneruet. Eapropter dilecte in Christo filie uestris iustis postulationibus clementer
 an- | nuimus, et Monasterium sancte dei genitricis et uirginis
 marie domus Consilii Constantiensis diocesis, in quo diuino estis
 obsequio mancipate, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus,
 et presentis scripti priuilegio communimus. In primis si- | quidem
 statuantes, ut ordo Monasticus qui secundum deum et beati Be-
 nedicti regulam, atque institutionem Cisterciensium fratrum, a
 uobis post concilium generale susceptam in eodem Monasterio
 institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem | temporibus inuiolabi-
 liter obseruetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque
 bona idem Monasterium impresentiarum iuste ac canonice possidet,
 aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum uel Prin-
 cipum, oblatione | fidelium, seu aliis iustis modis prestante domino
 poterit adipisci, firma uobis et eis que uobis successerint et illi-
 bata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uo-
 cabulis. Locum ipsum in quo prefatum Monasterium si- | tum
 est cum omnibus pertinenciis suis. Terras et possessiones quas
 habetis in villis Horwile, Ratolfingen, Huencingle, Welnsingen,
 et In deme Wile uulgariter nominatis, cum terris, pratis, vineis,
 nemoribus, usuagiis, et pascuis, in bosco et | plano, in aquis et
 molendinis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus ac im-
 munitatibus suis. Sane novalium uestrorum que propriis sumptibus
 colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, siue de ortis

¹⁾ Heinrich laut Siegel.

uirgultis et piscationibus uestris, | uel de nutrimentis animalium uestrorum, nullus a uobis decimas exigere uel extorquere presumat. Liceat quoque uobis personas liberas et absolutas e seculo fugientes, ad conversionem recipere, et eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus | insuper, ut nulli sororum uestrarum, post factam in monasterio uestro professionem, fas sit sine Abbatisse sue licentia, de eodem loco discedere, discedentem uero absque communium litterarum uestrarum cautione nullus audeat retinere. Illud districtius inhihentes, | ne terras seu quodlibet beneficium ecclesie uestre collatum liceat alicui personaliter dari, sive alio modo alienari, absque consensu totius Capituli, uel maioris aut sanioris partis ipsius. Sique uero donationes aut alienationes aliter quam dictum est facte | fuerint, eas irritas esse censemus. Insuper auctoritate apostolica inhihemus, ne ullus Episcopus uel quelibet alia persona ad sinodos uel Conuentus forenses uos ire uel iudicio seculari de uestra propria substantia uel possessionibus uestris subiacere compellat, nec | ad domos uestras causa ordines celebrandi, causas tractandi, uel aliquos Conuentus publicos convocandi venire presumat, nec regularem electionem Abbatisse uestre impediatur, aut de instituenda uel removenda ea que pro tempore fuerit contra | statuta Cisterciensis ordinis se aliquatenus intromittat. Pro consecrationibus uero altarium uel ecclesiarum sive pro oleo sancto, uel quolibet ecclesiastico sacramento, nullus a uobis sub obtentu consuetudinis uel alio modo quicquam audeat extorquere, | sed hec omnia gratis uobis Episcopus diocesanus impendat, Alioquin liceat uobis quemcunque malueritis catholicum adire Antistitem, gratiam et communionem apostolice sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate, uobis quod postulatur impendat. Quod si | sedes diocesani Episcopi forte vacauerit, interim omnia ecclesiastica sacramenta a uicinis Episcopis accipere libere et absque contradictione possitis, sic tamen ut ex hoc imposterum proprio Episcopo nullum preiudicium generetur. Quia uero interdum proprii Episcopi | copiam non habetis, si quem Episcopum Romane sedis ut diximus gratiam et communionem habentem, et de quo plenam noticiam habeatis per uos transire contigerit, ab eo benedictiones uasorum, uestium et monialium, ac consecratione altarium | auctoritate apostolice sedis recipere ualeatis. Porro si Episcopi uel alii ecclesiarum Rectores in Monasterium uestrum, uel personas

inibi constitutas, suspensionis, excommunicationis uel interdicti sententiam promulgauerint, sive etiam in Mercenarios | uestros pro eo quod decimas sicut dictum est non persoluitis, sive aliqua occasione eorum que ab apostolica benignitate uobis indulta sunt, seu benefactores uestros pro eo quod aliqua uobis beneficia uel obsequia ex caritate prestiterint, uel ad la- | borandum adiuuerint in illis diebus in quibus uos laboratis et alii feriantur, eandem sententiam protulerint, ipsam tanquam contra sedis apostolice indulta prolatam decernimus irritandam, nec littere ille firmitatem habeant, quas tacito nomine Cisterciensis | ordinis, et contra indulta apostolicorum privilegiorum constiterit impetrari. Preterea cum comune interdictum terre fuerit, liceat uobis nichilominus in uestro monasterio, exclusis excommunicatis et interdictis, diuina officia celebrare. Paci quoque et | tranquillitati uestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu Grangiarum uestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem | retinere, capere uel interficere, seu uolentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus ordini uestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium, exactionem, a Regibus | et Principibus, uel aliis fidelibus rationabiliter uobis indultas auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino Hominum liceat prefatum Monasterium temere perturbare, aut eius pos- | sessiones auferre, uel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur earum, pro quarum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis Apostolice auctoritate. | Si qua igitur infuturum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundo tertioque commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui | careat dignitate, reamque se diuino iudicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimis corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunc- | tis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax domini nostri Jhesu Christi, quatinus et hic fructum

bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen ———— Amen.

X ¹⁾ Ego Vrbanus catholice ecclesie episcopus subscripsi
Bene Valet.

† Ego Odo Tusculanus Eps. subs.

† Ego Stephanus prenestinus eps. subs.

† Ego frater Johannes tit. s. Laurentii in Lucina, presbyter
Cardinalis subs.

† Ego frater Hugo tit. s. Sabine, pbr. Card. subs.

† Ego Riccardus sancti Angeli Diaconus Cardinalis subs.

† Ego Octavianus s. Marie in via lata Diac. Card. subs.

† Ego Johannes s. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card. subs.

† Ego Ottobinus s. Adriani Diac. Card. subs.

† Ego Jacobus s. Marie in Cosmydin Diac. Card. subs.

† Ego Gottifridus s. Georgii ad velum aureum Diac. Card. subs.

† Ego Vbertus s. Eustachii Diac. Card. subs.

Datum Viterbii per manum Magistri Jordani sancte Romane ecclesie Notarii et Vicecancellarii, Nonis Martii, Indictione v. Incarnationis dominice Anno . M. CC. LXI. Pontificatus vero domni Urbani Pape Quarti Anno Primo.

20.

1262, 15 Mai.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Vrbanus Episcopus | seruus servorum dei, dilectis in Christo filiabus . . Abbatissis et Conventibus Monialium vniversis Cisterciensis ordinis Salutem et apostolicam | benedictionem . Meritis

4) An der Stelle **X** ist im Originale das päpstliche Monogramm, oder der sogenannte orbiculus pontificalis hingezeichnet. Es ist kreisförmig. Den äußern Rand bilden zwei von einander absteigende Birkelbogen, in deren innerm Raume der Wahlspruch Urbans IV. steht: **Fac mecum domine signum in bonum.** Das ganze innere Feld aber nimmt ein Kreuz ein, in dessen beiden obern Winkeln die Worte: **Sanctus Petrus Sanctus Paulus**, in den untern: **Urbanus papa IV** zu lesen sind. — Ebenfalls sind die rechts stehenden Worte: **Bene valet** monogrammenartig geschrieben.

sacre uestre religionis inducimur ut fauoris benigni gratia vos jugiter prosequentes paci et tranquillitati | vestre, nec iurgiorum concutiatur procellis inposterum consulamus, Hinc est quod nos vestris supplicationibus inclinati ut priuilegiis | et Indulgentiis generaliter vestro ordini concessis ab apostolica sede, in hiis que vobis competunt uti libere valeatis, | auctoritate vobis presentium indulgemus, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere | vel ei ausu temerario contraire, Si quis autem hec attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum | Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Viterbii Idus Maii pontificatus nostri Anno primo. ¹⁾)

21.

1266, 26 Hornung.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Eberhardus Episcopus Constantiensis concessionones a Berchtoldo Abbate Murbacensi Abbatissæ et Conventui Monasterii in Rathusen crastino Hylarii factas, (vide Geschichtsfrd. I. 194.) auctoritate ordinaria confirmat. Datum Constantie anno Domini M. CC. LX. VI. iiii Kal. Marcii, Indict. IX. ²⁾)

¹⁾ Diese Bulle ist nur noch in Abschrift vorhanden, beglaubiget durch vier geistliche Herren:

a. Ab Abbatibus Vlrico de Altacrista, Petro de loco crescente et Vlrico de Aurora. Datum Cistercii tempore capituli generalis Anno domini 1267.

b. a Rudolfo Constant. Episcopo. Datum Basilee Anno domini 1289, 8 Kal. Septembris.

²⁾ Abgedruckt bei Neugart. (II. 258.) Jedoch sind nachstehende Fehler nach der pergamenen Urschrift zu verbessern:

Seite	Zeile	statt	lies
258	3	et	ut
259	4	et	etiam
"	6	conductus	contractus
"	"	presentium	partium
"	"	confirmandam	confirmandum
"	8	liceat nostre	liceat hanc nostre

22.

1267, 25 Christmonat.

(Bürgerbibliothek Lucern.)

Herr Walther von Eschenbach Freiherr vergabet dem Kloster Rathhusen den Hof ze Huoben, den er vmb 40 Mark silbers erkoufft, mit Verwilligung seiner kinden vnd frow Kunigunden seiner Gemachel, deren Lipding er doruff geschlagen ghept, bi straf 60 Mark silbers wär darwider thäte, sollent die Gysel sich in die statt Lucern ze Gysel legen, bis allem statt beschicht. Darumb gab er ze Gysel beide Grafen von Habsburg, Gottfrid vnd Eberhard, die auch gesigelt mit Berchtold vnd Walther Edlen von Schnabelburg, Conrad von Heideck Ritter vnd dem edlen Hiltbold seinem Bruder. Zeugen: die Edlen Rudolf von Wangen vnd Ortolf von Bottenstein, Ritter; Peter zur Brugg, Berchtold Stanner, Conrad ob der Rüss, Ruodolf Bramberg Edler, Arnold schier, Arnold von Malters und Heinrich der Meyer von Emmen Edler, all der Räten ze Lucern. Dat. Wienacht 1267. 1)

23.

1275, 28 Heumonat.

(Cistercienserinnen in Rathhusen.)

Rudolphus Romanorum Rex fundum et aream, in quibus monasterium de Rathusen est constructum, ac universa, quæ sanctioniales ab incolis de Ebincon comparaverunt, ab omni jure advocatio absolvit et eximit, recepta a Conrado milite de Heidecke, qui illud ab imperio tenebat in feodum, in recompensam advocaticia honorum in Sulze et Miswangen. (prope Hizkirch.) Datum Lucerie. V. Kal. Augusti. Ind. III. Anno domini M. CC. LXX. V. Regni nostri anno Secundo. 2)

1) Dieses Regestum hat beinahe wörtlich Gysat; Lit. A. fol. 208. Die Urkunde selbst ist nicht mehr in Rathhusen vorhanden.

2) Abgedruckt bei Neugart. (II. 294.) und Zapf. (I. 158.) Ersterer hat den Abdruck ganz richtig nach der Urschrift; nur soll es am Ende beim Ausstellungsorte statt Lucernæ, Lucerie heißen.

1276, 11 März.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Vniuersis Christi fidelibus ad quos presentes littere peruenerint, Wernherus Nobilis de Affolte noticiam subscriptorum. Humana labente | memoria, et crescente cupiditatis malitia, expedit ea que geruntur ad obviandum litibus scripture testimonio perhennari. Noverint | igitur quos nosse fuerit oportunum, quod Ego possessiones meas, sitas in villa de Buottensulz, et in territorio ipsius ville, dictis | de Oltingin, vnum videlicet Mansum, Religiosis in Christo . . Abbatisse et Conuentui Monasterii Domus consilii, Cisterciensis ordinis | Constantiensis dyocesis, dedi et vendidi, pro septuaginta libris et viginti quinque solidis denariorum, vsualis monete, et presentibus | dono et confero, ac assigno, cum omnibus suis iuribus et attinentiis, videlicet Areis, domibus, Agris, terris, cultis, incultis, virgul- | tis, pratis, pascuis, aqueductu, decursu aquarum, nemoribus, omnique districtu, et omnibus aliis communitatibus que ad premissa bona | et ipsorum Areas et Agros spectabant, libere, quiete, et pacifice perpetuo possidendas et habendas. Renuncians pro me meisque | heredibus et successoribus vniuersis presentium tenore, privilegio in integrum restitutioni, consuetudini, edicto, edito, et edendo, priuilegio impetrato et impetrando, officio iudicis, omni favori legum et Canonum, et omnibus aliis per que premissa | venditio posset aliqualiter inpugnari, uel revocari. Me meosque Heredes et successores vniuersos, ad veram Warandiam | predictorum omnium presentibus obligans prefatis religiosis prestandam, quandocunque ab ipsis fuerimus requisiti. Profiteor me quoque presentium | tenore antedictam pecuniam a prescriptis Religiosis numeratam integraliter recepisse et in vtilitatem meam convertisse. | Harum rerum omnium testes sunt. Dietricus de Rūti Nobilis, Chvno de Kramburg miles, Chvnradius dictus bindo minister meus, | Rvdolfus Bezcheler, Wernherus villicus de Wawile, H. Faber de Buottensulz, C. de Hezzelingin, et alii multi fide digni. | Vt autem premissa nullius cavillationis ingenio valeant inpugnari vel irritari, presens instrumentum sepedictis Reli- | giosis Monasterii domus consilii trado, dono, et confero ac assigno, sigillis honorabilium in Christo dominorum . .

Abbatis Sancti Urbani | et Berchtoldi prepositi Solodorensis, et
meo, firmiter roboratum. Acta sunt apud Surse, Anno domini
M. CC. L. XX. sexto. | V. Iduum Martii. Indictione quarta.

25.

1277, 9 März.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Nouerint vniuersi quos nosce fuerit oportuno, quod nos
Burchardus et Ortolfus fratres de Vozingen milites, quedam bona |
allodii nostri, que indivisa commune habebamus, sita in villa
Vozingen aute domum Burcardi dicti Leibaniet, et allodium quod
dici- | tur birbomli, pensata vtilitate nostra, communi consensu
et vnanimi uoluntate, dedimus, alienavimus ac tradimus per pre-
sen- | tes venditionis titulo Religiosis et devotis in Christo domine
Berchte Abbatisse et Conventui Monialium de Rathvsen, Cister-
ciensis | ordinis, Constantiensis dyocesis, pro. xxx. viii. libris,
turicensis, pro puro allodio in perpetuum ab ipsis pacifice possi-
denda. | quam etiam peccuniam ab ipsis nos integraliter recepisse
et in vtilitatem convertisse nostram, presentibus protestamur, pro-
mittentes et obligantes | nos et nostros successores firmiter per
presentes, dictis Monialibus et eis pro tempore in eodem loco
succedentibus prestare Wa- | randiam legitiman bonorum predic-
torum tanquam puri allodii, et ipsis cavere debere de omni pe-
nitus evictione et teneri ad inter- | esse. Renuntiantes pro nobis
ac nostris Heredibus omni iuri scripto et non scripto, edicto,
edito, et edendo, privilegio impetrato sive | impetrando, excep-
tioni peccunie non numerate et non tradite, minorisve precii, doli
mali et in factum et omnibus aliis exceptioni- | bus, actionibus,
sive iuris beneficiis tam canonici quam civilis que nobis vel nostris
successoribus contra predictum contractum vel contra | presens
instrumentum competere possent imposterum vel ad presens. Cuius
rei testes sunt. Frater Volricus quondam Abbas de Aurora, |
Jo. maior Cellerarius Sancti Urbani, B. custos, Volricus dictus
Müntinan, R. de Mvorbach, H. de Ifendal Canonicus Zovingensis, |
H. senior, Volricus et Jo. de Ifendal milites, Ja. de Vischebach,
Anshelmus berewardi, Burchardus dictus Illenbrecht, H. | dictus
Bovngartere, Burgenses in Zovingen, et quam plures alii fide
digni. Ad maiorem etiam euidenciam et maius robur premissio- |

rum, Sigilla nostra, vna cum Sigillo predicti Custodis Zovingensis, presenti scripto duximus apponenda. Ego quoque Cu- | stos pre-
dictus Sigillum meum de rogatu nobilium predictorum presentibus
apposui et appendi. Actum et datum apud Zovingen | Anno do-
mini. M. CC. LXXVII. vij. Idus Marcii. Indictione v.

26.

1277, 16 Herbstmonat.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Omnibus Christi fidelibus presentium inspectoribus, Wernherus Nobilis de Affoltre noticiam rei geste. Ne contractus | bone fidei futuris viciantur dispendiis, expedit eos memorie transmitti beneficio literarum. Nouerint igitur vniuersi, | quod Ego possessiones meas videlicet duas Scoposas de Chottewile dictas, ab Ecclesia de Buttensulz here- | ditario iure sub annuo censu viginti denariorum Monete usualis hactenus possessas, contractu permutationis, cum | domino Burchardo de Winnon Ecclesie predictae Rectore inito redemi totaliter et absolui. Duabus scoposis | sitis in loco qui dicitur in dem Mose, in villa Rota prope Buttensulz michi iure proprietario pertinentibus | Ecclesie de Buttensulz prefate in recompensationem libere contraditis, et ab eadem ecclesia sub censu et iure | simili videlicet hereditario michi concessis, Ceterum predictas Scoposas de Chottewile, Religiosis . . Abbatisse | et Conuentui de Rathusen titulo venditionis pro Triginta quinque libris et decem solidis tradidi et legitime | assignaui. Consensu Reuerendorum in Christo . . Prepositi et Capituli Beronensis ecclesie, ad quos ecclesie in But- | tensulz ius patronatus pertinere dinoscitur, vnanimi et expresse premissae permutationi et venditioni libere accedente. | Nos etiam Dietricus Prepositus et Capitulum Beronensis Ecclesie et Burchardus de Winnon supradictus considerantes | permutationem habitam ecclesie de Buttensulz admodum fructuosam, eam ratam habentes et gratam, | eidem subscribimus per presentes. Testes hiis presentes. — Volricus Dapifer de Wolhusen, . . Faber de | Buttensulz, . . dictus Hetzilinger, Volricus von dem Wechsler, . . dictus Bindo, et alii | fide digni. In cuius testimonium et rati- habitationis effectum, presens scriptum Sigillis nostris videlicet | Dietrici Prepositi et Capituli Beronensis ecclesie, Burchardi de Winnon Rectoris ecclesie predictae, et | Wernheri de Affoltre

Nobilis patenter traditur communitum. Datum Berone, Anno domini
M. CC. | LXXVII. xvi. Kl. Octobris — Indictione. v.

27.

1278, 3 Weinmonat.

(Cistercienserinnen in Rathhusen.)

In gottes nammen amen. Wir der Probest des gozhus von
Münster, von Hallewil Dietrich genemz, tven kont allen dien |
die disen brief lesent oder es dvrst ze wizenne geschicht, daz in der
Sache, vmb die vordere der vrowen von Rathusen, | der Ebeti-
schin vnd des Samenvnges algelich, wider dem Tegan der Chilchen
von Obernchilch, Diethelm geheizen, dvr gant= | zes vrides gveti,
vnd dvr strenges gerichtes zimelich Sensternunge, die vorgehenden
teile, betoiv diu vorgehende vrow= | we von Rathusen diu Ebetischin,
an Ir. Chlosters stete, vnd der vorgehende Tegan von Obernchilch
genemz, die nachgeschri= | ben zwene man, von Bivron den Liv-
priester Ruodolf geheizen, vnd den Pbrwonder von Münster Hvg
genemz, ze richtern In Ir | Sache vnd ze vberhoerern erkvrn
eimvetelich, vnd erwelten, vnd dz diu selbe Sache vor dien zwein
vorgehenden Richtern | mit ganzem gerichte an offenem tegedinge
reht vnd redelich verflitet wart vnd verendet, vnd ergiench dz
also, dz | der vorgehenden vrowen von Rathusen gewizer verweise
vnd botte, Brvoder Wernher geheizen, zeinem offennen tage an |
der vorgehenden stat ze Obernchilch bi des wazzers Brvcege mit
lebender gezigsame, geswornen eiden, zwo der Mivli in dem | vor-
genanden dorf ze Obernchilch, vf der vrowen eigen gelegen, einiv
wiveste Hovestat, von der diu sache erhaben vnd getri= | ben wz,
diu entzwischen der selben Mivli rechter vnd offenner e straze, vnd
dem Mivli wasser ist inbevangen, vnd vf von der Mivli | lenget
vnz an die Lant Straze bi des wazzers Brvcege, der vorgehende
Brvoder Wernher die vorgeschribenvn Hovestat rehte | vnd redelich
behvob mit gerichte, vnd sint diz die livte, mit dien es bezivget
wart, Borchhar der wisso, Chvono von Stegen, | Chvono Trvt-
man von Deyge, Ruodolf der Hager von Obernchilch, Meister
Ruodolf geheizen da Hindenan, vnd dz dis war ste, des ist | ver-
gichtich an disem Brieve der vorgehende Tegan von Obernchilch,
der die sache ze einem teile vuorte, vnd sint des ouch ge | zivge,
die vorgehenden der Livpriester von Bivron vnd der Pbrwonder von

Münster Hvg geheisen, die der sache ein ende mit gerichte | gaben. vnd sint och ander gezüge genuoge die es sahen vnd horten, Her Burchard des tegans Helfer, Johannes der Meyer von Reitnowe, | Herman der Müvner von Obernkilch, Volrich von Stege, vnd geschach dis an der vorgehenden stat ze Obernkilch, do man zalte | von vnserf Herren gebvrt, zwelf hundert Jar, vnd acht vnd Sibentzich Jar, an dem nehsten Mendage nach Sant Leodegarien | mes. Wir der Probst von Münster vorgenehmz dvr ganze warheit dirre geschicht, hein disen Brief mit vnserm | waren Ingesigel gezeichnet offentlich.

28.

1280, 31 Christmonat.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Ne rerum gestarum memoria cum tempore labente labatur, et in obliuionem ueritas veniens vagetur incerta, inventum est remedium Scripturarum, quod factorum retinens | memoriam, fidem faciat veritati. Sciat ergo presentium vniuersitas ac futura posteritas, quod Ego Hartmannus Miles dictus de Rvoda quoddam predium, Bvttensvltz | situm, dictum dac gvot von Meisterswanch, quod actenus Domine Anne de Liele vxori mee legitime, jure proprietario pertinebat, pro Summa viginti quatuor librarum | vendidi, Reuerendis in Christo . . Abbatisse et Conuentui de Rathusen, adiecto sane tali conditionis pacto specialiter et expresse, videlicet quod ego Hartmannus predictus ad prestandam | omnem warandiam, que venditioni predictae legitimum prestabit effectum, sine dolo teneam obligatus, vnde ne venditionem meam postmodum valeat alicuius impedire calumpnia | presens scriptum cum nominibus eorum qui venditioni, cum fieret, intererant, est conceptum, et Sigilli mei Karactere consignatum. Nomina testium sunt, Volricus miles de Rinach, | Hugo sacerdos prebendarius Beronensis, Frater Wernherus de Rathusen, Volricus de Münster dictus Bischof, et quidam dictus Hvswirt. Acta sunt Berone A. dni. M. | CC. LXXX. In vigilia Circumcisionis Domini. Ego Anna predicta memorate venditioni legitimum ac purum prebens assensum, recepta quoque per | manus proprias prescripta xxiiii librarum pecunia, Juri proprietatis, quod mihi ex successione paterna in possessione pertinuit antedicta, vnacum cum filia mea Sophia, libere renuntiaui | ac renuntio per presentes.

1282, 11 *Sornung.*

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Nouerint vniuersi presentes literas inspecturi, quod dominus Heinricus dictus Sartor ciuis Lucernensis, de voluntate et libero assensu domini Ruodolfi de Schowense militis filii sui, | in puram elemosinam pro remedio anime sue, ac parentum suorum, donatione facta inter vivos, contulit Monasterio de Rathusen Cisterciensis ordinis, Curiam suam sive possessiones suas sitas in villa | Hiltegenzrieden, que soluunt et soluere debent singulis annis . vij . Maltera Bladi mesure Lucernensis, tali conditione apposita, ut . . . Abbatissa que in dicto Monasterio pro tempore fuerit | nomine Monasterii debet pro dicto domino Heinrico donatore quamdiu ipse solus vixerit de predicta Curia siue possessionibus dicto Monasterio collatis, solvere . vj . Maltera predicte mesure Lucernensis, | de vij . vero Maltero de quo in anniversario domini Petri fratris sui iam defuncti fundatoris dicti Monasterii, quod ob celebrationem memorati anniversarii Monasterio donauit, quantum poterit debet Con- | uentui in vino, piscibus et albo pane Pitancia ministrari. Cum vero predictus dominus Heinricus viam fuerit vniuerse carnis ingressus, siue ante mortem domine Hemme vxoris sue, et Rvoldfi | predicti de Schowense militis filii sui obierit, sive post mortem ipsorum, seu quodocunque etiam decesserit, dicta prestatio . vj . Malterorum, quam ex pacto dictum Monasterium eidem domino Heinrico | solvere debebat, penitus expirabit, ac Monasterio remanebit, nec jure hereditarie successionis poterunt heredes ipsius in dictis . vj . Malteris sibi aliquid vendicare. Si autem ante mortem domini Heinrici | donatoris dicte Curie seu possessionum, dominus Rvoldfus de Schowense miles filius suus, vel domina Hemma uxor iam dicti domini Heinrici obierint, quatuor Maltera de predicta pensione cadunt, et Monasterio sine | qualibet conditione remanebunt, ita quod in utriusque obitu duo Maltera habebit, que bina et bina in utriusque anniuersario sunt expendenda et quantum de hiis Malteris de vino, piscibus, et pane | albo comparari poterit, debet Conuentui pro servicio ministrari. Porro cum per mortem dicti domini Heinrici dicta pensio videlicet . vj . Malterorum sicut dictum est cessauerit, et dictum Monasterium

sicut ex conventionem debet | integraliter omnia possederit, in anniversaria defunctionis die vniuscuiusque tum illorum, videlicet domini Heinrici, domine Hemme vxoris sue, ac Rvoldfi de Schowense militis filii sui, debet de predictis . vj . Malteris ter | duo Maltera equali mensura, quantum de piscibus, vino, et albiori pane poterit comparari Conventui servicium ministrari. Et ut hec ordinatio singulis annis inviolabiliter obseruetur, in ordinatione provide est adiectum, ut quodocunque | per negligentiam, noluntatem, vel qualicumque modo vel causa, aliquid de predictis anniversariis neglectum fuerit, nec iuxta modum superius expressum debite celebratum, pro qualibet negligentia cuiuslibet anniversarii predictorum, debet dictum Monasterium | Fratribus Minoribus in Luceria nomine pene duo Maltera assignare, ita ut si unum anniversarium neglectum fuerit, duo Maltera, si duo, quatuor, si tria, sex Maltera pro pena dictis fratribus assignentur. Facta est autem dictarum possessionum siue | Curie predicte sollempnis donatio in Monasterio predicto de Rathusen, super altare sancte crucis a sepedicto domino Heinrico, consentiente domino Rvoldfo de Schowense milite filio suo, imo simul cum ipso donante presentibus testibus fide dignis videlicet | venerabili domino. M. Abbate sancti Urbani, domino Heinrico de Bertlikoven, domino Heinrico de Friburg, Monachis et sacerdotibus dicti Monasterii sancti Urbani, domina Hemma abbatissa in Rathusen, Richenza priorissa, Gvota Suppriorissa, Hemma portaria, | Mehthildi Celleraria, Berta Custode, Mehthildi Joederine (?), et fere toto conuentu de Rathusen. Ego vero Rvoldfus de Schowense miles predicti domini Heinrici filius, promisi et per presentes promitto me dictam donationem ac ordinationem ratam et fir- | mam habiturum, quam per meam manum et expressum consensum ratificavi. In signum autem et robur omnium predictorum presens instrumentum ad petitionem vtriusque partis est Sigillis Venerabilis domini. M. Abbatis sancti Urbani, et predictorum dominorum Heinrici donatoris | et Rvoldfi da Schowense militis filii sui est fideliter communitum. Acta sunt hec in Monasterio prenotato de Rathusen, Anno domini M. CC. LXXXII. iii. Ydus Februarii. 1)

1) Ein zweiter ganz gleichlautender Brief, aber mit den Siegeln des Abts von St. Urban und der Abtissin von Rathhausen besiegelt, befindet sich noch wohl erhalten im Archive des letztern Gotteshauses.

1282, 10 Augustmonat.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Quoniam ad tollendam littium materiam et rerum gestarum obliuionem, nil eque ualet, quam vt rei geste series et ordo scripturarum memorie commendentur, no- | rint uniuersi presentium inspectores et auditores, quod ego Henricus dictus de Iberg et Margareta vxor mea pensata communi utilitate nostra et puerorum | nostrorum, de uoluntate et consensu libero et expresso Henrici et arbonis filiorum nostrorum et Elisabet filie nostre, curtem allodii nostri sitam in Nider phafwile | quam tenebat a nobis H. dictus villicus et Waltherus filius villici eiusdem ville, et solvit singulis annis maltrum tritici, duo maltra auene, et duos modios legu- | minis, et duos porcos qui valere debent xx. solidos cum omni iure et utilitate et adtinentiis ipsius, tam in agris, pratis, siluis, et nemoribus, aquarum decursibus et aliis perti- | nentiis eorundem universis, tam in boscho quam in plano quocunque nomine censeantur, titulo venditionis cedimus, tradidimus, donauimus et tradimus per presentes, libere et absolute religi- | osis in Christo videlicet domine Abbatisse et conuentui dominarum in Rathusen, Cisterciensis ordinis, Constantiensis diocesis, pro l. v. libris denariorum monete comuniis, quam etiam peccuniam integraliter nos ab eisdem | religiosis recepisse et in utilitatem nostram et puerorum nostrorum conuertisse presentibus protestamur, promittentes bona fide et obligantes nos et heredes nostros firmiter per presentes, | dictis religiosis prestare legitimam Werandiam dictorum bonorum, et ipsis cavere de evictione, et quod ipsas et earum successores nunquam turbabimus nec vexabimus per nos | vel per aliquos nomine nostro, in bonis memoratis, sed gratam et ratam habemus venditionem bonorum predictorum, Renuntiantes pro nobis et pueris nostris omni actioni et exceptioni | non numerate pecunie et non solute, minorisve precii, exceptioni supra dimidiam iusti precii et omni iuri vel iuris beneficio quod nobis competere posset contra contractum supra | dictum. Ego etiam M. supra dicta quia predicta bona de mea dote seu dotalicio fuerint quod wlgariter dicitur Morgengaba seu donatio propter nuptias, confiteor et protestor presen- | tibus, dictam venditionem et traditionem bonorum

premissorum per manum dilecti mariti et advocati mei domini de Iberg antedicti, me voluntarie et libere fecisse, et alie - | nasse pro utilitate mea et puerorum meorum, prout superius est expres- sum, Renuncians pro me et pueris meis legi uelliane ¹⁾, excep- tioni doli mali et in factum et omni alii excep - | tioni et iuri tam canonici quam civilis, quod vel que mihi vel meis heredibus com- petere possent contra predictum contractum vel contra presens instrumentum, inposterum vel ad presens. Tes - | tes huius rei sunt, Frater Wernherus, conversus et procurator domus de Rat- husen, R. de schowense miles, H. dictus sartor, Johannes o der rvisa, P. de Krumpach, C. de brvgtal, Waltherus de | Hizlisberg, Burchardus dictus leibaneit, byrgenses in Ivceria, et alii quam plures. In huius rei testimonium et robur presens instrumentum de nostro rogatu conscriptum, Ego H. de Iberg | predictus sigillo meo nomine meo et uxoris mee predictae ac puerorum meorum prefatis religiosus tradidi sigillatum. Ego uero M. antedicta, quia proprium sigillum non habeo, si - | gillo domini et mariti mei prelibati vsa sum et contenta. Datum Iberg, anno domini. M. CC. lxxx. ii. Indictione X. In die beati Laurentii Martiris.

31.

1284, 26 Brachmonat.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Ich bruoder Harteman von Wincenhain Comendur ze Hohen- rain, I von kunt allen | den dye disen breyf sehent alde horent lesen das ich mit gemainem rate der bruoder | von Hohenrayn den vrowen von rathusen des ordens sante bernhartes han wrluben | das gvot ze einwrdingen, das schovbin seligen was in allem deme rehte Alse er es | hatte vnde font dye selben vrowen dye hye vor gescriben sint allur iargelichen | ze sante iohans mes ze sungihten den bruodern vnde dem Huse ze Hohenrayn. VI. | phenninge von deme selben gvote ze cinse geben vnde das dis war vnde state si

¹⁾ Soll wohl uelleiane heißen. — Nach dem Lex Junia Velleja rückte der Enkel bei der Inofficiositäts Querel nur dann in die Stelle seines Vaters ein, wenn dieser vor dem Großvater verstorben war. (Dr. Chr. Fr. Glück, Ausführliche Erläuterung der Pandecten nach Hellfeld. Thl. VII. §. 550. S. 148. §. 554. S. 382. Erlangen 1804. 8.)

vnd | es neyman gebrechen muge des henke ich bruoder Harteman
der Comendur des Huses | ingesigel an disen brief ze aynem
waren vrfunde, dis beschah nach vnser | Herrun geburte vbur
fufent iar zway hundert iar vnde veir vnde ahzich | iar iohannis
vnde pauli.

32.

1284, 25 Augstmonat.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Vniuersis presentium inspectoribus, Adelheidis Relicta quon-
dam Johannis de Künsach, Eppo, et Volricus mili- | tes, Anna,
et Elyzabeth filii predictorum, noticiam rei geste. Contractus bone
fidei Litterarum bene- | ficio convenit solidari. Nouerint igitur
quos nosce fuerit oportunum, quod nos duas Scoposas sitas | in
villa Obernkilch, prope Surse, quas tenuit a nobis Rvodus dictus
da Hinder, religi- | osis . . . Abbatisse et conventui de Rathusen
Cisterciensis ordinis, iure proprietario vendidimus, et | iusto ven-
ditionis titulo tradidimus, pro. xxx. libris monete vsualis, quas
nobis totaliter | solutas recognoscimus, Mittentes ipsam Abbatisam
et Conuentum in possessionem predicti | pre- | dii corporalem,
promittentes bona fide pro nobis nostrisque successoribus, ipsi
monasterio de Rat- | husen, Warandiam super hoc loco et tem-
pore plenarium exhibere, Renuntiantes pro nobis | beneficio resti-
tutionis in integrum, iuris canonici et civilis, constitutionibus et
edictis, editis vel eden- | dis, necnon actioni et inpetrationi cui-
libet, per quam prefatum monasterium posset in premissis cuius-
libet | ingenio impugnari. Et in hujus testimonium Sigillis nostris
videlicet Epponis et Volrici, qui- | bus et nos Adelheidis mater,
Anna et Elizabeth Sorores predictae chontimur (?), presens scrip- |
tum traditur communitum. Acta sunt hec presentibus hiis testibus
et ad hoc vocatis. Rvoldo | milite de Schwowense, Chvonone
de Brugal, Volrico de Obernowe, et Burchardo Berold. Da- |
tum Lucerne, Anno domini M. CC. LXXXiiij. Castrino Bartholomei,
Indictione xii. —

33.

1284, 7 Weinmonat.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Martinus Episcopus seruus seruorum dei, Dilecto filio . . .
 Abbati Monasterii de Monte Angelorum, Constantiensis diocesis,
 Salutem | et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram
 pervenit, quod tam dilecte in Christo filie . . . Abbatissa et Con-
 ventus Monasterii de Rathu- | sen, Cisterciensis ordinis Constan-
 tiensis diocesis, quam ille que in Monasterio ipso precesserunt
 easdem, decimas, redditus, terras, | domos, vineas, possessiones,
 grangias, piscarias, prata, pascua, nemora, molendina, iura,
 iurisdictiones et quedam alia bona | ad Monasterium ipsum spec-
 tantia, datis super hoc litteris, interpositis iuramentis, factis re-
 nuntiationibus, et penis adiectis | in grauem eiusdem Monasterii
 lesionem, nonnullis clericis et laicis aliquibus eorum ad uitam
 quibusdam uero ad non modicum | tempus et aliis perpetuo ad
 firmam uel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui dicuntur
 super hiis confir- | mationis litteras in forma communi a sede
 apostolica impetrasse. Quia uero nostra interest super hoc de
 oportuno remedio | prouidere, discretioni tue per apostolica scripta
 mandamus, quatinus ea que de bonis ipsius monasterii per con-
 cessio- | nes huiusmodi alienata inveneris illicite vel distracta, ad
 ius et proprietatem prefati Monasterii, non obstantibus | litteris,
 iuramentis, renuntiationibus et confirmationibus supradictis legitime
 revocare procures. Contradictores per | censuram ecclesiasticam
 appellatione postposita. compescendo. Testes autem qui fuerint
 nominati, si se gratia, odio, vel timore | subtraxerint, censura
 simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere.
 Datum Perusii | Nonis Octobris, Pontificatus nostri Anno Quarto.

34.

1284, 14 Weinmonat.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Martinus episcopus seruus seruorum dei, Dilecto filio . . .
 Abbati Monasterii de Monte Angelorum, Constantiensis diocesis,
 Salutem et apostolicam benedictionem. | Querelam dilectarum in

Christo filiarum . . Abbatisse et Conuentus Monasterii de Rathusen ordinis Cisterciensis, recepimus continentem, quod nonnulli | clerici et ecclesiastice persone tam religiose quam seculares etiam in dignitatibus et personatibus constitute, ac Barones, milites, et alii laici, Constan- | tiensis Ciuitatis et diocesis, qui terras, possessiones, domos et alia immobilia bona sub censu annuo seu redditu, a Monasterio ipso tenent, huiusmodi | censum seu redditum, eis contra iustitiam exhibere non curant, quamquam terrarum et aliorum premissorum honorum possessionem pacificam habeant, et | fructus integre percipiant eorundem. Propter quod prefatis Abbatisse et conuentui graue imminet prejudicium, et eidem Monasterio non modicum detri- | mentum. Cum autem pro parte ipsarum Abbatisse et Conuentus ad nostram prouidentiam super hoc habitus sit recursus, discretioni tue per apostolica scripta mandi- | mus, quatinus si est ita, dictos clericos, personas ecclesiasticas, barones, milites et laicos, ad exhibendum prefatum censum seu redditum Abbatisse et Conuentui | memoratis integre ut tenentur, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam appellatione remota previa ratione compellas. Proviso ne in terras | dictorum Baronum excommunicationis vel interdicti sententiam proferas, nisi a nobis mandatum super hoc receperis speciale. Testes autem qui fuerint nominati, si | se gratia odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Perusii | ij Iduum Octobris, Pontificatus nostri Anno Quarto.

35.

1287, 8 Mai.

(Cistercienser-Abtei Cappel; jetzt Staatsarchiv Zürich.) 1)

In gotes namen Amen. Ich Rodolf von Schowense Kunde allen, die es vernement, dc ich dur min, mines vatters, miner Wvoter vnd aller miner vorder sele min gvot be- | neimet 2) habe mit miner erben willen vnd wuffende, Goteshyfern vnd geislichen lüten nach miner Herron rate abet Arnoldes von Gingelberg, vnd abet | Rodolfs von Chappelle als hie na geschriben stat swie ich

1) Von dem correspondirenden Vereinsmitgliede, Herrn Archivar G. Meyer von Knona u, gefälligst mitgetheilt.

2) bestimmt. (Ziemanns mittelhochdeutsches Wörterbuch, S. 24.)

verdirb ¹⁾ vñ der verte ze sant Josse. ²⁾ De erste dem Goghys von Lucern minen ceinden von Degental | der ein phunt gilt vnd vñf schillinge, vnd min cehenden von chriens der gilt ein Malter chornes, de sv ierlich min iarcit begangen als sitte vnd | gewonlich ist. Dem Lupristere von Lucern ein gvot vnd heisset Gandmans vnd lit zwiz vnd gilt cehen schilling, de er min iarcit begange vnd alle | sunnendag gedende. Dem Samenvnge von Gengelberg ein gvot vnd heisset Rytinon vnd lit in der chilchoeri ze hvocf vnd gilt zwei phunt, vnd ein gvot an | Borgon de gilt cehen schillinge de da buwet Werne von Bvochli, also de man den eins so vil so er gebvren myge ellv iar an minem ierlichen | tage dem Samenvnge ze einem Dienste de sv min vnd miner vorderon getvlich gedenden vnd min iarcit begangen. Dem Samenvnge von Hinderlappe | min gvot von Hattingen vnd gilt ein phunt. Dem Samenvnge von Chappelle ein gvot dem man spricht Trumppis de driffeg filling gilt, vnd lit zwiz | Dem Samenvng von Wetingen ein gvot dem man spricht ruben vnd gilt ein phunt vnd lit ze Altorf. Dem Samenvnge von sant Urban ein gvot in Gorni= | bach vnd lit in der chilchoeri von wassen, vnd gilt driffeg schillinge, vnd sol man dennen von geben cehen schilling ierlich dem Samenvng von Ebersegge | Dien Herron von Hoinrein ein gvot heisset Chvon= rat Juzen vnd lit ze Altorf vnd gilt ein phunt. Dien Herron von Hilzchilchen ein gvot heisset Grabers vnd | gilt sechcen schilling, vnd ein gvot heisset Hemvyn in veienfswanda, de gilt sechs

¹⁾ sterbe. (a. a. D. S. 543.)

²⁾ Es wurde Seite 11, Note 5, bereits nachgewiesen, daß **St. Josse-sur-mer** die eine Andachtsstätte des heil. Josse war. Zu mehrerer Erläuterung darf nachgeholt werden, daß dieser Ort (*Cella seu monasteriolum S. Judoci*) am Ausflusse der **Quantia** (*la Canche*) in der alten Graffschaft **Ponthieu**, Bisthums **Amiens**, wo heute die Stadt **Montreuil** im Departement **Pas-de-Calais** sich erhebt, gelegen war. (**Joh. Jac. Hofmanni Lexicon Universale**. p. 868. edit. **Basileæ** 1677. fol.) Ob das von **J. C. Kopp** (*Reichsgesch. I. 772. N. 3.*) nach den **Gesta Treviror.** citirte **Boventa** wohl das heutige **Pontivy** im Departemente **Morbihan**, Provinz **Bretagne**, sein dürfte, weiß ich nicht zu bestimmen. Einmal einer der ersten Geographen Frankreichs (**M. Adolphe Guérard**) sagt von diesem Orte, obgleich es nicht am Meere gelegen ist, *qu'il n'y existait en 660 qu' un manastère où mourut saint Josse, frère de Judicael, roi de Bretagne.* (*Géographie Synoptique de la France et de ses Colonies*. p. 195. edit. **Epernay** 1839. 4.)

schilling, vnd lit ze byrgelon. Dien vrowen von rathusen ein gvot | heisset ze vnderoege vnd gilt zwei phunt, vnd lit ze Altorf. Dien vrowen von vrowental ein guot heisset Bolrichs Malmenschit vnd gilt ein phunt, vnd lit | ze Attingenhusen. Dien vrowen von steina gvot heisset Heldis vnd giltet achcehen schillinge vnd lit ze byrgelon. Dien vrowen von sant Laze= | re ze sedor ein gvot heisset ryben vnd giltet vvn schilling vnd lit ze byrgelon. Dien vrowen von Nuwenhilch min gvot ze Spreitenbach vnd | gilt ein cigern. Dem Spital von Lucern min acher deryntweges die wisse vnd chocinger buwent mit allem nyze. Vnd als es dem gozhuf | von Eingelberg gesezet ist, des sol der vorgehenden gozhvfron iechlichs schuldig sin ze volbringenne, vnd swie dechein Herre ald pleger der | vorgeschriben gozhvfron den cins der im gebvret nyt enteilet als es hie vor gesezet ist sinem Samenvnge an sinem ierlichen tage, so sol der | cins des iares geuallen sin dien gozhvfern von eingelberg vnd von Chappelle. vnd vurbac seze ich an min Herren von Eingelberg vnd von | Chappely de sv hundert phunt geben dur min vnd aller miner vorder selv, vnd der vunfzig phunt gelten vnd widergeben, vb ieman si, dem | ich von schvldon gelten vnd widergeben sol vnd dv andern vunfzeg phunt geben dur got als ich geheissen han vnd sv wussen vnd versehen | dar es wol bechert si. vnd sez dv hunder uf min lidige eigen dv hie na geschriben stant. vf den Hof ze meggen der ein March gilt | vf den obern hof halben ze Emmen der gilt driffsig sigilling, vf min gvot ze Holzvfern de gilt driffsig schilling, vf min gvot ze gerloswile | de gilt ein phunt, also de es min erben loesen inrvnt einem halben iare vb sv wen. Ist des nyt, so sun min Herren von Eingelberg vnd | von Chappelle dyselben gveter verchoifen, vnd svn dv hunder phunt richten als ich sv gesezet han bi ir selv ¹⁾, vnd de dise gift | vnd gesezte steit belibe an chreinchen, so gib ich disen brief besigelt mit miner vorgehenden Herron Ingestigeln, vnd mit minem | ze einem vrchvnde der Warheit. Dirre brief wart gegeben in dem Jare do von gottes geburt waren Tuseng zwei- hvndert | achzig vnd sibben iar ze Lucerne an dem Donrstag vor der ufvarit vnfers Herren Do dv zal Inditivn stvont in dem | vunfzehenden iare vor biderben — L — B — T — G — N. —

¹⁾ Der Schreiber setzte früher „eide“, ward aber wiederum durchgestrichen.

36.

1287, 4 Neumonat.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Quoniam ordo rei geste faciliter solet labi cum tempore, nisi scripturarum testimonio fulciatur, Nouerint uniuersi quos nosce fuerit | oportunum, quod Ego Henricus faber de buetensulz proprio motu instigatus, a nemine circumventus, in Anime mee remedium meorumque pro- | genitorum salutem, possessiones meas in Hezlingen quas vna cum H. de Hezlingen quiete possideo sine omni contradictione, per manum propri- | am et Henrici eiusdem, Venerabili in Christo . . Abbatisse et Conuentui domus Consilii Cisterciensis ordinis, dyocesis Constantiensis, contuli et confero per presentes, tali con- | ditione, quod post mortem meam cum suis juribus vtilitatibus proventibus et attinentiis vniuersis libere cedant domui prelibate, hoc de meo | rogatu appposito, quod si heredes mei dictas possessiones habere decreverint, decem libras denariorum Monete currentis conferre debeant, | quibus collatis, sine omni contradictione possessiones predictas, ex vi conditionis quam presentibus in sero, perpetuo possidebunt Jure heredita- | rio, sicut et ego ad vitam meam possideo, prout instrumentum super hoc confectum plenius manifestat, Et licet in ipso instrumento | secus sit positum, quam in presentibus, tamen volo ut donatio ista perseveret inconcussa, Renuncians in scriptis omni beneficio Juris | tam canonici quam civilis, Consuetudinis, Statuti, priuilegii, exceptionis doli mali et totius in contrarium alligationis per quod | hec donatio posset ad presens uel in posterum revocari. In huius rei testimonium quia Sigillum proprium non habeo, presentes | Sigillo Venerabilis patris, domini . . Abbatis domus Sancti Urbani petii consignari. Nos vero Frater Julianus Abbas predictus, ad | petitionem Henrici prefati Sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum in domo Consilii Anno domini MCC. | lxxxvij. iiij. Nonarum Julii. Indictione XV.

37.

1288.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

Bonitate diuina Frater Johannes Lethouiensis Episcopus, ordinis Fratrum domus | theutonice, Christi fidelibus vniuersis,

presentia visuris seu auditoris, salutem in domino | salutarem.
 Loca sanctorum pia devotione debite sunt veneranda, ut dum dei
 | honoramus amicos ipsi nos deo reddant amabiliores, et quod
 nostris non valemus | meritis, eorum patrocinio consequamur.
 Cupientes igitur, ut Monasterium devo- | tarum in Christo domi-
 narum in Rathusen ordinis Cysterkiensis, congruis honoribus ho-
 noretur | et condignis sollempnitatibus frequentetur, Omnibus corde
 contritis et eis | confessis qui in dedicatione predicti Monasterii,
 et in quatuor festivitibus beate | virginis marie causa devotionis
 superuenerint, et de Facultate sibi a deo col- | lata eidem manum
 porrexerint adiutricem, auctoritate omnipotentis dei et beatorum
 Petri | et Pauli apostolorum eius meritis confisi, centum dies cri-
 minalium et vnam Karrinam | de iniunctis sibi penitentiis in nomine
 domini misericorditer relaxamus, sigillum nostrum presentibus |
 pro testimonio appendentes. Datum in Luceria anno domini
 MCCLXXXVij, Indictione prima.

38.

1289, 19 März.

(Cistercienserinnen in Rathhausen.)

O. Cantor Monasterii Lucernensis, ordinis Sancti Benedicti,
 Constantiensis diocesis, Iudex a Religioso in Christo . . permissione
 diuina abbate Monasterii | Montis angelorum, ordinis et diocesis
 predictorum, Sedis apostolice delegato, Subdelegatus, nec non Iudex
 compromissarius. Vniuersis presentium | inspectoribus in domino
 Karitatem. Cum inter Religiosas in Christo . . Abbatissam et Con-
 ventum Monialium domus in | Rathusen, ex vna, et Burchardum
 de Gerloswile ex parte altera, super proprietate possessionum que
 uulgo appellantur | Homeysen guot, ac super censu decem et octo
 Denariorum, ab eisdem bonis solvendo annuatim, questio uerteretur,
 tandem | causa ipsa utrimque vallata sub certa pena fuit in arbitros,
 videlicet dominos . . Volricum Decanum Lucernensem, et Volricum
 Rec- | torem ecclesie in Buochrein de consensu partium compro-
 missarum nobis Cantore predicto pro tercio seu mediatore assumpto
 vna- | nimi parcium voluntate. Quibus duobus arbitris in senten-
 tiando discordantibus, Nos, Heinrico dicto Luterbrot et Wernhero |
 Filio suo super hoc testibus examinatis et iuratis, et aliis cause
 meritis auditis et inspectis singulis circumstantiis, in- | venimus

proprietatem eorumdem bonorum ad ipsum Monasterium in Rathusen pertinere, cum predicto censu, qui ab eisdem testibus fuit | ob sue anime remedium impositus et longis temporibus persolutus. Quare nos, requisito prudentum consilio statui- | mus et arbitrando decernimus proprietatem predictarum possessionum ad prefatam domum seu Monasterium in Rathusen presentibus | deuolutam, vna cum censu decem et octo denariorum predicto, ipsi Monasterio ad indicium proprietatis festo Michaelis annuo persoluen- | do, | re- ducentes ipsas Moniales suumque Monasterium in possessionem uel quasi eiusdem proprietatis, seu percipiendi eundem censum, | quem memoratus Burchardus ab annis quindecim neglexerat in ipsius Monasterii preiudicium et gravamen, pro quo censu | neg- lecto iamdictum Burchardum in Quindecim solidis denariorum con- dempnauimus per presentes, ipsis monialibus infra dominicam | palmarum proximam emende nomine persolvendas. Prenominatus etiam Burchardus possessiones seu contingentes, de manu | Abba- tisse predicte domus, sub eodem censu recepit, ea conditione, videlicet quod si ipsum cedere uel decedere contingeret, sine fi- | liis et heredibus, qui dicuntur vulgariter Liperben, eadem bona Monasterio predicto cedant et cedere debeant ipso facto contra- | dictione qualibet non obstante. Actum presentibus hiis testibus presentibus ad hoc vocatis et rogatis, Dominis . . De- | cano Lu- cernensi predicto, Volrico Rectore ecclesie in Buochrein, Chuon- rado, Johanne, Hermanno et Heinrico de Vrendorf Sacer- | dotibus consociis eiusdem Decani, Ruodolfo de Schowense, Chuonrado Bamberg, Jacobo Fabro, Volrico de Urendorf, Heinrico | dicto pistore, Burchardo Berold, Chvonrado Totenëich et aliis pluribus fide dignis. Anno domini. M. CC. lxxxix. | xiiii. Kalend. Aprilis. Indictione Secunda. Sigillo nostro appenso presentibus in testimo- nium premissorum.

39.

1298, 29 Brachmonat.

(Stiftsarchiv Lucern.)

In gottes namen Amen. Dir brief kundet Allen die in ver- nement, daz Volrich der vrner von Lucerron | vür mich Propst Berhtolden von Lucerron kam in vnser Capitel ze Lucerron ze miner gegeni | vnd Hern Walthes des Ammans von Lucerron, do er

riten vnd gan mochte gesvnt vnd sinnig, vnd | vf sin Hvs, vnd den keltz hinden dran, daz vor der vrowen Hvs von Rathysen vber lit, da vf e | mals einlvf schillinge selgeretes stvonden. vnd ein garten in dem Mose da vf ein schilling selgeretes | ¹⁾ lit, sazte ein liecht daz tag vnd nacht brinnen sol dem gotteshsf von Evcerron nach sine | tode ob er ez vor fines libes notvrst ersparen mag. Darzvo swaz er ligendes alde verendes gvotes hat | gewinnet daz er ersparen mag, hat er beneimet vnd gesezet vnd geben vmbetwungen vnd betrogen | willeklich vnd offenlich daz es vnserm gotteshsf belibe an siner erben vnd allermenliches wider= | sprache. Sie bi waren gezwge Her Ortolf der Kvster Her Heinrich der Kamrer. Her Walter | der Almsfner von Evcerron. Her Chvonrat von Engelberg. Her Johans der Schvolmeister von | Evcerron. Her Friderich. Heinrich Bochli. Chvono branberg. Heinrich Stanner. Peter an der | Brygge. Vnd ze eim vrvnde vnd ze einer stete dirre ordnung vnd dirre gift wart dir | brief geben mit minem vnd Hern Walthers des vor genanden Ingesigeln. In dem Jare do man | zalte von gottes gebyrte zwelf hvndert acht vnd vnzig Jar. nach sant Johans mes | ze svniecht an dem svnnetage. do dy Indictio stvont. in dem einlvften Jare. —

¹⁾ Eine Vermächtniß oder Abgabe, die einer zum Heil seiner oder anderer Seelen an heilige Orte gibt.